

mandamus, quatinus una cum decano coniudice nostro ad Cellam accedentes testimonium domini abbatis Cellensis et duorum suorum monachorum super causa appellationis, quae vertitur inter Olmocensem et Wratzlawiensem episcopos, secundum formam ecclesiae audiatis. Qui si forte ferre testimonium noluerint, per censuram ecclesiasticam ipsos compellatis veritati testimonium perhibere.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Meissen; das Siegel ist abhanden gekommen.

Peter Decan zu Meissen erscheint als Zeuge in Urkunden seit 1222, der Scholasticus Ulrich de Kuirin (Keuern bei Döbeln) seit 1226. Genaueres über den Streit der Bischöfe von Breslau und Olmütz wegen ihrer Diöcesangrenzen erfahren wir aus der Bulle P. Gregors IX. vom 7. Juni 1229 (Boczek cod. dipl. Morav. II. p. 215. Erben regesta Bohem. p. 351. Theiner vett. monum. Pol. et Lith. hist. illustr. I. p. 17), und da hiernach auf Veranlassung des B. zu Breslau zuerst der Abt von Buch Meissn. Diöces, dann auf Grund der Appellation des B. zu Olmütz der Abt von Alzelle ders. Diöces, in Folge des gegen die Entscheidung desselben vom B. zu Breslau eingewendeten Recurses vom römischen Stuhl die in den vorstehenden Schreiben No. 104 und 105 Genannten zu Schiedsrichtern ernannt wurden, über den hartnäckig geführten Streit aber ausser der angeführten Bulle bisher etwas nicht bekannt war, schien es angemessen diese kurzen Schreiben hier nicht zu übergehen.

#### No. 106. 1228. 9. Febr.

*Erzbischof Siegfried von Mainz versichert, dass der zwischen dem Bischof Bruno und den Königen Otakar und Wenzel von Böhmen wegen gewisser Rechte in den Ländern Budesin und Sagost geführte und schiedsrichterlich geschlichtete Streit nach der Versicherung der Letzteren ferner beigelegt sein soll.*

Sifridus dei gratia sanctae Maguntinae sedis archiepiscopus notum esse volumus universis paginam hanc visuris, quod quum honorabilis frater dominus Bruno Misnensis episcopus, sicut ipso audivimus referente, a principibus honestis domino Otacaro et filio eius Wencezlao Boemorum regibus super limitibus possessionum, de quibus inter ipsos quaestio movebatur, quandoque obtinuerit distinctores, qui recepto a partibus mandato secundum fidem datam et praestitum sacramentum ordinabiliter distinxerunt, quicquid in territoriis Budesin et Sagost dubii fuerat inter eos. Quia reges iidem de consilio perversorum distinctionem ipsam diu tenuerant in suspenso, nos ad preces eiusdem episcopi a regibus memoratis per nostrum obtinuimus interventum, quod de bona voluntate in nostra praesentia publice sunt confessi, quod distinctionem ipsam habere velint omnibus modis ratam. Absolverunt etiam fidejussores ipsius episcopi, quos dederat pro ducentis marcis ad manus regis iuvenis praenotati. Unde quia quod vidimus et audivimus, hoc testamur, praedictum dominum episcopum praesentis scripti et sigilli nostri testimonio comunimus. Actum Pragae V<sup>o</sup>. Idus Febr. anno gratiae M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXVIII<sup>o</sup>. pontificatus nostri XXVI<sup>o</sup>.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen. An einem von der Urkunde selbst abgetrennten Streifen hängt das wohlerhaltene Siegel des Erzbischofs.

Köhler cod. dipl. Lus. I. S. 41.